



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

5. Subdividi præterea potest judicium  
crimiale in capitale & non capitale. L. 2.  
ff. d. jud: Capitale non tantum dicitur in  
quo agitur de capite abscindendo, aut na-  
turali morte infligenda, sed etiam dicitur  
capitale quando quis mittitur in exilium  
amittendo jus civitatis. cit. L. 2. ff. aut quan-  
do quis amittit per carceres perpetuos li-  
bertatem, quæ civile caput quoddam es-  
*Maran: 4. p. dist: 2.* Idque etiam obtinet in  
judiciis Ecclesiasticis, nam & Judices Ec-  
clesiastici creberrimè imponunt pœnam  
carceris perpetui delictis q̄busdam atro-  
cioribus Clericorum, quæ revera est capi-  
talis pœna, ut passim DD. eiusmodi etiam  
censetur degradatio realis, quâ Clericu-  
truditur brachio sacerulari, quia per eam  
amittuntur in perpetuum omnia privile-  
gia Clericalia, quod plus est, quâm amit-  
tere jus Civitatis, patriæ &c. Non capitali  
judicium est in quo non venit irrogandi  
huiusmodi pœna. *Maran: loco cit:* ut quan-  
do criminis (de quo agitur) pœna est fu-  
stigatio, sive (ut jam usurpatur) pœna vir-  
garum, quia cedi virgis non infert civilem  
aut naturalem mortem, teste *Maran: sup.*

Diff.

*Dif: 2. Sic etiam quando Clericus accusa-  
retur de furto apud suum Judicem, licet  
sit judicium criminale, sed non capitale,  
quia pro furto à jure civili non imponitur  
supplicium capitale, quamvis particularia  
locorum statuta sint severiora, in furto  
puniendo. Demùm judicium in quo agi-  
tur de ferenda excommunicatione juxta  
Barth: capitale non est, quia excommuni-  
catio non est pœna capitalis, sed medici-  
nalis, ut ait Pontif: in cap: 1. de sent: Excom-  
mu: in 6. Mixtum verò judicium est in quo  
& civiliter, & criminaliter agitur: ut dum  
de crimine aliquo v. g. furto agitur ad in-  
teresse partis, & simul ad vindictam publi-  
cam cap: tuæ de Proc.*

6. Civile judicium vel in personam est,  
vel in rem, vel de possessione rei. In perso-  
nam est, quādo personæ intenditur actio,  
ut si queraris apud Judicem Petrum de-  
bere tibi 100. ex mutuo, & petas ut con-  
demnetur ad illos statim solvendos, ibi  
contra personam directè agis, oriturque  
actio huiusmodi regulariter ex omnibus  
contractibus, vel quasi contractibus. In  
rem est quando actio tendit immediatè in